

1510. et Ultima Aprilis. Ex M. S. Arch. Rad. vil. Nesv.

Pignissimus Virens Rex Poloniae
Isabella de Aragonia duci Barensi
Socrui.

40

Illustrissima Princeps, et domina mater
nostra charissima. Venit ad nos gratia
Dei salva et incolumis Serenissima Prin-
ceps domina Bona filia Illustritatis ve-
strae, et conjunx nostra amantissima, cu-
jus adventus quam letus et jucundus
nobis fuit, nullis verbis explicari potest.
Aderat et Illustris dominus Prosperus
de Columna nobis hospes multo gratissi-
mus, qui commissa vestre Illustritatis no-
bis apud se exponit, et de omnibus juxta
pacta et articulos satisfecit. Cum autem
ad eandem Illustritatem vestram rursus
jam redeat clarius singula que hic acta
sunt et constituta ipse coram referet,
quam scribi possit. Commendamus nos
Materno amori Vestre Illustritatis, quam
Sanam Prosperam, et felicem esse cupimus.
Datum Cracoviae die ultima Aprilis. Anno
Domini etc. 1510.

